



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Thesaurus Eloquentiae Sacrae Et Profanae, Saluti &  
incolumitati Rerumpublicarum utilissimae**

**Alberti, Alberto**

**Coloniae Agrippinae, 1669**

Adversarii non excellunt ingenio, quia Orationum instrumenta persuasionis  
fini adipiscendo inepta fabricantur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69225](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69225)

num illam scabiem evocare. Onus utique æt-  
 nã gravius, duo paria antithetorum copulare.  
 Labor omnino Hercules, de mentis æstuan-  
 tis, ut ita dicam, tripod: nonnullos ebullien-  
 tes fuculos desputare. Quod si in hac procu-  
 randi finis provinciã, hoc est, in afflandã vo-  
 luptate difficultatis aut nihil, aut parum ad-  
 modum reperitur: quo pacto Adversarii lau-  
 dem ingenii nobilem, ne dum lauream, ab o-  
 peris finisve perdifficili molitione, quæ nulla  
 ferme est, accessere queunt, aut sperare?

*Adversarii non excellunt ingenio, quia Oratio-  
 num instrumenta persuasionis fini adipif-  
 cendo inepta fabricantur.*

128. **S**ed agite, jam alteram ingenii pericli-  
 standi cotem, instrumentorum nempe  
 coagmeatandorum præstantiorem, laborio-  
 sioremque facultatem admoveamus. Quippe  
 in omni instrumento rerum inter se aptè di-  
 stributarum quum ordo, tum elegantia, & dif-  
 ficultas, non tantum ipsiusmet instrumenti per-  
 fectionem, verum etiam artificis quoque inge-  
 nium, qui idem instrumentum confecit, eo no-  
 bilitus indicat, atque ostendit, quo ordo ille &  
 venustior, & operosior, & mirabilior est. Por-  
 rò in quovis instrumento duplex spectari po-  
 test ordo, alter, qui ex ejusdem conformatione  
 suum ad opus, finemve extraneum, ad quem  
 adornatur, consequendum accommodatã emi-  
 car; alter, qui ex singularum ejusdem instru-

menti partium concinnâ dispositione existit.

129. Iam si primò de ordine priùs loquetur philosophari, quis nescit tanto unumquodque instrumentum esse melius, tantoque clarius ab eo sui artificis sagax, acutumque probati ingenium, quanto ad finem eminentiorem, difficilioremque, in quem destinatur, comparandum politius elaboratum est? Nisi fortè molles isti Declamatores parem ingenii dignitatem, ac deus esse contendant, penicillum scire compingere, pictorique ad pingendum suppeditare; ac peniculum non ad pingendum, sed ad pictoris officinam verrendam temerè, perturbateque colligare. Haud secus omnium quoque Oratorum sagacissimus ille existimatur, palmamque aufert ingenii, qui Orationis instrumentum tam affabre torquet, ut ad proprium finem, amplissimum sine dubio, atque operosissimum extorquendum (quem jam supra persuasionem esse Auditorum revicimus) per quam appositum sit: contra verò eorum omnium, qui dicunt, infantissimus iudicandus, atque Oratorum ex albo delendus; tum mentis acie quadam præpingui obstipus meritò etiam reputandus est, qui ita suas fundit, dolatque Orationes, ut eæ ab illo egregio, arduoque persuasionis sine roto cælo discedant. Quod si ita est, Auditores; conijcite jam, quæso, vestros oculos in istorum Orationes, easque ad hanc primam instrumenti, atque ingenii pertentandi regulam exigite, & mentiar, nisi lis omnis de ingenio vel in hujus contentionis vestibulo penitus sublata est. Quum  
enim

enim jam pridem Adversarii longâ disputatio-  
 ne à me adacti, Orationes ad magnum, durum-  
 que persuasionis finem exprimendum ineptas  
 ab se elucubrari, ingenuè tandem concesserint:  
 quid ultra laboramus, aut quærimus? an  
 non unâ quoque vel reluctantes, aut certè im-  
 prudentes, spes omnes suas de ingenii laureâ  
 decerpendam accisas esse, atque everfas concesserunt?  
 Si enim non ingeniosus, sed stupidi ingenii  
 artifex censetur, qui instrumentum ad e-  
 gregium, difficilemque finem obtinendum, ineptum  
 construit: Adversarii mei non erubescēt  
 fateri suas Orationes non solum spectatissimo  
 & laboriosissimo persuasionis fini nihil opitu-  
 lari, sed plurimum etiam incommodare; & ni-  
 hilominus de ingenii prærogativâ mentionem  
 facient? Adeone spissis intelligentiæ tenebris  
 erunt involuti, ut quum ad persuadendum vim  
 nullam asferre queant; omnem simul cum hoc  
 ingenii stupore laudem se prodegisse, & perdi-  
 disse non videant? Et quæ ingenii species, quæ  
 umbra ad eos pertinere potest, qui ita ingenio-  
 si sunt, ut quum Orationem sublimi, arduoque  
 persuasionis fini extendendo idoneas, in quo  
 summa ingenii laus posita est, à se conflare non  
 posse, palam fateantur, ingenii tamen palmam  
 adhuc inaniter ambiant?

*Imbecillitas ingenii Adversariorum  
 magis ostenditur.*

130. Sed placet meorum Adversariorum in-  
 genii imbecillitatem ex hac maxime

15

per-